



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 4. Mores recentes Corsorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

EXTENSIO GEOMETRICA CORSICÆ	LONGITUDO	LATITUDO	AMBITUS
Secundum Gerardum Mercatorem	120. M. Paf.	70. M. Paf.	300. M. Paff.
Secundum Philipum Cluuerium	120. M. Paf.	50. M. Paf.	280. M. Paff.
Secundum nouā verāmque dimēsionem	106. M. Paf.	54. M. Paf.	300. M. Paff.

NVM. 3. *Qualitas Corsice.*

REGIO sterilius est, & nisi singularis accedit cultura vix frugum patiens, solo arenoso, & lapidoſo. Quibusdam in locis pascua est. Vinum Corsicum Romæ in pretio est. Ferrum optimum & molle sufficit Nebiensis traetus. Hinc quoque mellis, & ceræ plurimum educitur; sed mel non ita laudatur ob Buxi flores, quo tota hæc regio obducitur. Equos & canes emittit generosissimos. Nec satalaribus aquis indiget seu calidis, seu frigidis. Emittit etiam telas, canabim & pannos. Inter Corsicam & Sardiniam coralia ladanissima reperiuntur.

NVM. 4. *Mores recentes Corfórum.*

INIVRIAS suas atrocius cæteris Italæ vlciscuntur; vnde vulgata parœmia, violato Corso neque viuo, neque mortuo fidendum esse, aut enim ipse, aut filij, aut nepotes reponent iniuriam. Fortissimi milites sunt, & ad omnia munera militæ expeditissimi. Cuius specimen edidit apud nos Marescallus Ornanensis vir ex quo fortis & prudens.

NVM. 5. *Politia recens Corfórum.*

EXPULSI sunt Saraceni ex hac Insulâ à Pipino Galliæ Rege: exinde in manus Genuensium deuenit. Hanc tamen Pisani arro-

Parall. Geogr. Tom. II.

NNNN